



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quòd iterum terræmotibus Theopolis concutiebatur. Capvt VIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12718

Itaque cum ciuitatem tumultu ac perturbatione referisset, edictumque publicasset, cuique liberum esse pro arbitratu Episcopū insimulare, libellum contra eū à quodam argentario recepit, quo accusabatur cum propria sorore alteri viro in matrimoniu data rem habuisse. Recipit item ab alijs eius generis hominibus, quod prosperum ciuitatis statum non semel, sed sapienter labefactauerat. At Gregorius cum de eo se purgauit criminē, tum de alijs ad Imperatōrem & consilium prouocauit. Me igitur cum eo assiduè versante, praesenteque, iter capit Constantinopolim de criminibus hisce se purgaturus. Ac cum Patriarchae omnes, partim per se, partim per vicarios quæstiōni de Gregorio habitæ interessent, & causa esset coram sacro senatu, & multis sanctissimis primarum vrbium Episcopis cognita, post multas & graues contentiones secundum Gregorium sententia pronunciata est, ut eius accusator neruis excruciatus, & circum ciuitatē actus, exilio multaretur. Itaq; Gregorius inde ad suam sedem reuertitur: interea loci milites tumultus cire non desinūt, Philippico circiter Berœam & Chalcidem vrbem commorante.

Quod iterum terræmotibus Theopolis concutiebatur.

CAPVT VIII.

Qatuor mensibus post redditum Gregorij dilapsis, anno sexcentesimo, trigesimo septimo post nomen Antiochiae vrbī impositum, & anno sexagesimo primo post terræmotum, qui proximus ante in ea ciuitate extitisset, cum ipse pridie Calend. Octobris teneram virginē uxorem ducerem, & ciuitas propterea festum celebraret, & publicos conuentus cum pompa circiter thalamum iugalem agerent, tertia hora post crepusculum, turbatio & terræmotus simul cum impetu irruens, totam ciuitatem concutit. Multaque loca, conquassatis fundamentis, deturbat: adeò ut omnia ædificia circa Ecclesiam sanctissimam ad terram prosternerentur, excepto solo hemispherio, quod Euphratius ex lauro construendum curauerat, quodque terræmotu temporibus Iustini facto non parū accepérat incommodi, quod denique terræmotibus, qui deinceps acciderunt,

R. S. grauitat-

EVAGR. HISTORIAE.

grauiter agitatum versus septentronem ita inclinabatur, vt
trabes ligneas ejceret, quæ cū ingenti fragore conciderūt,
hemisphærio in proprium locū resiliente, & velut perpen-
diculo quodam directè locato. Multæ etiā partes Ostraci-
næ, & Psephium, de quo supra diximus, & omnia illa loca,
quæ Brisia vocantur, quinetiam ædificia sanctissimi templi
Deiparæ Mariæ corruerunt, media quadā porticu mirū in
modū cōseruata. Porrò autē oēs turre quæ in plano con-
structæ erant disiectæ sunt, reliquo ædificio, pinnis muri ex-
ceptis, integro stante manenteq.; Pinnarū autē lapides nō-
nulli retro pulsi, minime tamen prolapsi sunt. Alia præ-
terea templo, & vtrunq; balneū publicū, quod duobus distin-
ctis temporibus inseruit, eadē oppressit calamitas. Multitu-
do quoq; promiscuè est eadē inuoluta clade: & vt quidam
cōiecturā ex pane, q. i tota ciuitate cōsumi solet faciūt, hęc
lues sexaginta hominū millia extinxit. Verū episcopus præ-
ter omniū expectationē euasit in columis, toto domicilio, in
quo sedebat, ruinam passo, & solis illis, qui eū circūsistebat
seruatis, alio præterea nemine: qui illum omni festinatione
subleuant, cum terræmotus locum secunda concussione
patefaceret, per funem demissum ē periculo eripuerunt. Ac
cidit autem in hoc infelici casu res quædam ciuitati persa-
lutaris. Nam clemētia Dei propitijs furorē suum mitigātis,
& virga miserationis & misericordiarū peccata populi cor-
rigentis, nullū incendium factum est, cum ingēs flāma, quæ
partim ex foco, & lucernis tam publicē, quam primatim ac-
censis, partim ex culinis, balneis, & alijs locis propè infinitis
erumpebat, totam vrbem circuiret. Hoc terræmotu op-
pressi fuere tū nobiles & illustres viri quam plurimi, tum
Asterius vnā extinctus. Quam cladem vrbī inflictam pe-
cunia farsit imperator.

*Quod Barbari propter exercitus Romani defectionem, au-
daciam sumentes, illum adorti à Germano fusi prostra-
ti que sunt.*

CAPVT IX.

Quod autē ad exercitū attinet, eodem fere loco fuit: a-
deo vt Barbari persuasum habētes, neminē eos prohi-
biturū, quō minus suo more graſſarētur, in fines Ro-
manorū irruerent. Verū Germanus cū suis copijs illis ob-
viam profectus, vi manuq; sic profligauit, vt ne vñus fieret
reliquus